

KS. SZYMON FEDOROWICZ

Oficjum nosalistów

Król Kazimierz Jagiellończyk wraz ze swoją żoną Elżbietą ufundował w roku 1473 kolegium, którego zadaniem było krzewienie kultu męki Pańskiej. Grupa ośmiu kapłanów z jednym klerykiem do pomocy przypisana została do kaplicy świętokrzyskiej w katedrze na Wawelu i zobowiązana była do śpiewania codziennie oficjum o świętym krzyżu oraz mszy wotywniej również o świętym krzyżu. *Introit* tej mszy rozpoczynał się od słów: „Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini” i stąd też pojawiła się nazwa własna tego kolegium: nosaliści. Istniało ono i pełniło służbę Bożą do 1783 roku, kiedy skasował je biskup Michał Poniatowski.

Archiwum kapitulne przy tejże katedrze posiada piętnastowieczny rękopis¹, który zawiera wyłącznie brewiarzowe oficjum o świętym krzyżu (albo o męce Pańskiej). Księga prawdopodobnie, zważywszy na czas jej wykonania, jest pierwszą zredagowaną księgą bezpośrednio na potrzeby tylko tego kolegium, które dysponowało nią przez następne dziesiątki, a nawet setki lat. O przynależności tego kodeksu do nosalistów świadczą umieszczone w nim modlitwy: *pro defuncto famulo* – za Kazimierza († 1492) i *pro famula* – za Elżbietę († 1505), czyli właśnie za fundatorów owego kolegium, oraz w rocznicę śmierci króla Kazimierza. Ponadto przewidywano odmawianie podobnej formuły za dobrodziejów bądź też ogólnej za zmarłych (tu podano tylko incipity). Wszystkie te modlitwy zostały dopisane do istniejącego już manuskryptu inną ręką niż pozostałe teksty, pismem starannym, ale odręcznym i – co oczywiste – po śmierci pary królewskiej².

¹ Archiwum Krakowskiej Kapituły Katedralnej, Ms 233. Rękopis nie posiada ani karty tytułowej, ani pierwszej karty pierwotnego zapisu.

² Ostatnia karta 35v. Modlitwy te znajdują się także w *Liber horarum canonicarum secundum veram rubricam siue notulum ecclesie Cracoviensis, Cracoviae 14 VIII 1507–28 I 1508*,

W jaki sposób korzystano z tego egzemplarza, trudno dociec. Zapewne posługiwał się nią kapłan prowadzący wspólne modlitwy w nielicznym przeciw chórze bądź też przekazywano ją sobie z rąk do rąk w zależności od wykonywanego w danym momencie liturgicznego elementu oficjum. Przeznaczony był do śpiewu, albowiem wszystkie formuły – z wyjątkiem czytań – posiadają zapis nutowy. Ale w księdze występują także dopisane później formuły liturgiczne, które dowodzą, że księgą tą posługiwano się również podczas mszy świętej. A mianowicie są to: *graduale* „Requiem aeternam dona eis Domine”, *tractus* „Absolve Domine animas omnium fidelium”, *antiphona* „O sacrum convivium”³, a także stałe części mszy *Kyrie*, *Sanctus*, *Agnus Dei* w czterech wersjach melodyjnych, między innymi na msze *de passione Domini* i *infra octavas Corporis Christi et feriis quintis*⁴. Wymienione teksty formuł również wyposażone są w zapis nutowy. Natomiast o trybie i sposobie wykonywania poszczególnych elementów liturgii chórowej i mszalnej w różnych okresach liturgicznych drobiazgowo informuje instrukcja nosząca tytuł: „Notandum ut diversi errores et confusiones evitentur oportet que aliquis ordo fiat in cantando”⁵.

Oficjum nosalistów o świętym krzyżu było oryginalne zarówno w doborze modlitewnych tekstów, jak i w przyjętym zestawie poszczególnych elementów. Istniejące wówczas dwa obchody ku czci krzyża świętego: 3 maja – *Inventione Sancte Crucis* i 14 września – *Exaltatione Sancte Crucis* posiadały własne oficja o przewidzianej dla swojej rangi *duplex* strukturze i na ogół stosowały te same formuły⁶. A tylko w nielicznych przypadkach odnajdujemy je także w oficjum nosalistów. Podobnie rzecz się ma w odniesieniu do tekstów używanych w liturgii godzin w okresie pasyjnym (*tempore passionis*). Zatem oficjum nosalistów zostało zredagowane i ułożone specjalnie dla tego kolegium w celu oddawania szczególniejszej czci męce Pańskiej. Również porządek ich oficjum, mimo zachowania podstawowej struktury, zawiera nietypowe rozwiązania.

k. 211r, 213v, 214r.

³ K. 1r-v. Tamże widnieje data sporządzenia zapisu dwóch pierwszych formuł: 25 VI 1645.

⁴ K. 32v-35r.

⁵ Dopisana bardzo drobnym, ale czytelnym odręcznym pismem – k. 33r-33v.

⁶ *Liber horarum canonicarum*, dz. cyt., k. 297v-298v, 362r-363r.

Matutinum składa się z trzech psalmów i trzech lekcji, a zatem oficjum posiadało cechy obchodu niskiej rangi *III lectionum*. Każda godzina liturgiczna ma swój własny hymn, który się nigdzie nie powtarza, zaś na nieszpory przewidziano jeszcze dwa inne hymny do zastosowania w zależności od okresu liturgicznego. Własne są również pozostałe elementy: responsoria, wersety, kapitula, oracje oraz psalmy, które w godzinach mniejszych przewidziane są tylko po dwa, natomiast w większych po trzy.

Poniżej przedstawiamy oficjum nosalistów, jakie znajduje się w omawianym rękopisie. Dokonałiśmy nieznacznych poprawek o charakterze edytorskim oraz kilku niezbędnych, ale i narzucających się uzupełnień, korzystając przy tym z innych ksiąg liturgicznych współczesnych omawianemu manuskryptowi.

Matutinum

INVITATORIUM⁷

PSALM 94

Venite exultemus Domino iubilemus Deo salutari nostro praeocupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus et rex magnus super omnes deos quoniam non repellit Dominus plebem suam quia in manu eius sunt omnes fines terrae et altitudines montium ipse conspicit⁸.

Quoniam ipsius est mare ipse fecit illud et aridam fundaverunt manus eius venite adoremus et procidamus ante Deum ploremus coram Domino qui fecit nos quia ipse est Domino Deus noster nos autem populus eius et oves pascuae eius.

Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto ubi tentaverunt me patres vestri probaverunt et viderunt opera mea.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic et dixi semper hii errant corde ipsi vero non cognoverunt vias meas quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam.

⁷ Ze względu na brak początkowej karty w kodeksie nie wiadomo, jakie było *invitorium*.

⁸ Pierwsza karta (2r) zachowanego tekstu oficjum zaczyna się od fragmentu tego wiersza: „-spicit”. Tekst psalmu uzupełniony został według *Liber horarum canonicarum*, dz. cyt.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

HYMN

1. Pange lingua gloriosi
Prelium certaminis
Et super crucis tropheo
Dic triumphum nobilem
Qualiter redemptor orbis
Immolatus vicerit.
2. De parentis prothoplasti
Fraude factor condolens
Quando pomi noxialis
Morsu in mortem corrui
Ipse lignum tunc notavit
Damna ligni ut solveret.
3. Hoc opus nostrae salutis
Ordo depoposcerat
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret
Et medelam ferret inde
Hostis unde laeserat.
4. Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis
Missus est ab arce patris
Natus orbis conditor
Atque ventre virginali
Caro factus prodiit.
5. Vagit infans inter arcta
Positus praesepia
Membra pannis involuta
Virgo mater alligat
Et pedes manus am crura
Stricta cingit fascia.

6. Gloria et honor Deo⁹
Usquequo altissimo una
Patri Filioque
Inclito Paraclito
Cui laus est et potestas
Per aeterna saecula.

ANTYFONA

Insurrexerunt in me viri iniqui absque misericordia et non perpercerunt animae meae¹⁰.

PSALMY

2 – Quare firmuerunt gentes
15 – Conserva me Domine qui speravi
27 – Ad te Domine clamabo Deus meus ne sileas

ANTYFONA

Insurrexerunt in me viri iniqui absque misericordia et non perpercerunt animae meae.

WERSET

Reliqui domum meam dimisi hereditatem meam. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum meorum¹¹.

PATER NOSTER.

BŁOGOSŁAWIEŃSTWO

Jube Domine benedicere per suam sanctam passionem det nobis Dominus gratiam et benedictionem.

LECTIO PRIMA

Apprehendit Pilatus Jesum et flagellavit eum. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Et veste purpurea circumdabant eum et veniebant ad eum et dicebant: Ave rex iudeorum. Et

⁹ W oryginalne zamiast *Deo* jest *tra*.

¹⁰ Por. Ps 26, 12. Przed psalmami podano zawsze tylko incipit antyfony oraz sposób jej melodyjnego wykonania (*Euouae*).

¹¹ Jr 12, 7.

dabant ei alapas. Et exspuentes in eum acceperunt arundinem et percubiebant caput eius. Tu autem Domine¹².

RESPONSORIUM

Seniores populi consilium facerunt, ut Jesum dolo tenerent occiderent. Cum gladiis et fustibus exierunt tanquam ad latronem. Collegerunt pontifices et pharisei concilium. Ut¹³.

BŁOGOSŁAWIEŃSTWO

Jube Domine benedicere, per virtutem sancte crucis perducatur nos Dominus ad gaudia vere lucis.

LECTIO SECUNDA

Susceperunt autem milites Jesum et eduxerunt eum et baiulans sibi crucem exivit Jesus in eum locum qui dicitur Calvarie locus ubi crucifixerunt eum. Et cum eo duos latrones hinc et hinc medium autem Jesum. Jesus autem dicebat: Pater dimitte eis non enim sciunt quid faciunt. Tu autem Domine¹⁴.

RESPONSORIUM

Tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos eram in templo docens et non me tenuistis, et ecce flagellatum ductis ad crucifigendum. Cunque iniecissent manus in Jesum et tenuissent cum dixit ad eos. Quotidie¹⁵.

BŁOGOSŁAWIEŃSTWO

Jube Domine benedicere, gloriosa passio Christi perducatur nos ad gaudia paradisi animae.

LECTIO TERTIA

Postea sciens Jesus qui omnia consummata sunt ut consummaretur scriptura dixit: sicio. Vas ergo positum erat aceto plenum. At illi spongiam plenam aceto isopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum

¹² J 19, 1-3; Mt 27, 30.

¹³ Mt 26, 3. 4. 55; J 11, 47.

¹⁴ J 19, 16b-18; Łk 23, 34.

¹⁵ Mt 26, 55; 27, 26; 26, 50.

autem accepisset Jesus acetum dixit: Consummatum est. Et inclinato capita emisit spiritum. Tu autem Domine¹⁶.

RESPONSORIUM

Sicut ovis ad occisionem ductus est et dum male tractaretur non aperuit os suum traditus est ad mortem, ut vivificaret populum suum. Tradidit in mortem animam suam et inter sceleratos reputatus est. Ut. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Ut¹⁷.

HYMN *TE DEUM*¹⁸

Te ergo quaesumus tuis famulis subveni quos precioso sanguine redemisti.
Aeterna fac cum sanctis tuis gloria numerari.
Salvum fac populum tuum Domine et benedic hereditati tuae.
Et rege eos et extolle illos usque in aeternum.
Per singulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in saeculum et in saeculum saeculi.
Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Domine miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos quemadmodum speravimus in te.
In te Domine speravi non confundar in aeternum.

WERSSET

Dederunt in escam meam fel. Et in siti potaverunt mea me aceto¹⁹.

Laudesy

Deus in adiutorium meum intende.

ANTYFONA

Contumelias et terrores passus sum ab eis et Dominus mecum est tamquam bellator fortis²⁰.

¹⁶ J 19, 28–30.

¹⁷ Iz 53, 7 (Dz 8, 32); 53, 12.

¹⁸ Zapisano tylko ten fragment hymnu.

¹⁹ Ps 68, 22.

²⁰ Por. Jr 20, 11.

PSALMY

12 – Usquequo Domine oblivisceris me in finem

142 – Domine exaudi orationem meam auribus percipe

150 – Laudate eum in firmamento

ANTYFONA

Contumelias et terrores passus sum ab eis et Dominus mecum est
tamquam bellator fortis.

KAPITULUM

Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est pro peccatis nostris
cui diximus in umbra tua vivemus in gentibus. Deo gratias²¹.

HYMN

1. Lustris sex qui iam peractis
Tempus implens corporis
Se volente natus ad hoc
Passioni deditus
Agnus in cruce levatur
Immolandus stipite.
2. Hic acetum fel arundo
Sputa clavi lancea
Mite corpus perforatur
Sanguis unda profluit
Terra pontus astra mundus
Quo lavantur flumine.
3. Crux fidelis inter omnes
Arbor una nobilis
Nulla silva talem profert
Fronde flore germine
Dulce lignum dulces clavos
Dulce pondus sustinent.
4. Flecte ramos arbor alta
Tensa laxa viscera

²¹ Lm 4, 20.

Et rigor lentescat ille
 Quem dedit nativitas
 Ut superni membra regis
 Miti tendas stipite.

5. Sola digna tu fuisti
 Ferre saeculi²² precium
 Atque portum praeparare
 Nauta mundo naufrago
 Quam sacer cruor perunxit
 Fusus agni corpore.
6. Gloria et honor Deo
 Usquequo altissimo
 Una Patri Filioque
 Inclito Paraclito
 Cui laus est et potestas
 Per aeterna saecula. Amen.

WERSSET

Dedit percucientibus se maxillam. Fuit saturatus opprobris²³.

ANTYFONA

Proprio Filio suo non pepercit Deus sed pro nobis omnibus tradidit illum²⁴.

BENEDICTUS.

ORACJA

Domine Jesu Christe angelorum decor gaudium et libertas qui hora matutina pro nostra redemptione iniquorum faedari sputis cedi alapis constringi vinculis voluisti da nobis pro tui nominis gloria iniquitatum nostrarum nexus diripere ut propter te humilitatis omnimode virilitatem alacriter amplectentes sublimitatis tue felici collegio mereamur iucundari. Qui vivis et.

²² W oryginalne *secli* prawdopodobnie dla zachowania rytmu. Tak też w hymnie na nieszpory.

²³ Lm 3, 30.

²⁴ Rz 8, 32.

Pryma

HYMN

1. In passione Domini
Qua datur salus homini
Sit nostrum refrigerium
Et cordis desiderium.
2. Portemus in memoria
Dolores et opprobra
Christi coronam spineam
Crucem clavos et lanceam.
3. Et plagas sanctissimas
Omni laude dignissimas
Actum fel arundinem
Mortis amaritudinem.
4. Haec omnia nos saciant
Et dulciter inebriant
Nos repleant virtutibus
Et gloriosis fructibus.
5. Te crucifixum colimus
Et toto corde poscimus
Ut nos sanctorum coetibus
Coniungas in caelestibus.
6. Laus honor Christo vendito
Et signo pacis prodito
Passo mortem pro populo
In aspero patibulo. Amen.

ANTYFONA

Faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me²⁵.

PSALMY

21 – Deus Deus meus respice in me quare me dereliquisti

²⁵ Iz 50, 6b.

42 – Judica me Deus et discerne causam meam

ANTYFONA

Faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me.

KAPITULUM

Fratres recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semet ipsos contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes. Deo gratias²⁶.

RESPONSORIUM

Christe Fili Dei vivi miserere nobis. Qui passus es pro nobis in cruce. Miserere. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Christe Fili Dei.

WERSSET

Cum malediceretur non maledicebat. Cum pateretur non comminabatur²⁷.

KAPITULUM

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Confusione contempta. Credo in Deum. Carnis resurrectionem. Adoramus te Christe et benedicimus tibi. Quia per crucem tuam redemisti mundum. Domine exaudi orationem. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cum.

ORACJA

Domine Jesu Christe qui hora diei prima pro nobis peccatoribus contumelis se ad instar latrones iudici impio es praesentatus et sementium contra te crudelissimas voces tamquam agnus mansuetus pro nobis patientissime tolerasti da nobis pro tui nominis gloria ut cum astiterimus tuo terrifico tribunali non damnemur aeterno supplicio sed cum tuis fidelibus consolari mereamur in caelestibus. Qui vivis et regnat.

²⁶ Hbr 12, 3.

²⁷ 1 P 2, 23.

Tercja

HYMN

1. Tu qui velatus facie
Fuisti sol iustitiae
Flexis illusus genibus
Duris caesus verberibus.
2. Hora qui ductus tertia
Fuisti ad supplicia
Jesu ferendo humeris
Crucem pro nobis miseris.
3. Te petimus attentius
Ut nobis sis propicius
Et per tuam clementiam
Perducas nos ad gloriam.
4. Laus honor Christo vendito
Et signo pacis prodito
Passo mortem pro populo
In aspero patibulo. Amen.

ANTYFONA

Dominus tamquam ovis ad victimam ductus est et non aperuit os suum²⁸.

PSALMY

54 – Exaudi Deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam

63 – Exaudi Deus orationem meam cum deprecor a timore inimici eripe animam meam

ANTYFONA

Dominus tamquam ovis ad victimam ductus est et non aperuit os suum.

²⁸ Iz 53, 7.

KAPITULUM

Charissimi. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum et sequamini vestigia eius qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Deo gratias²⁹.

RESPONSORIUM

Proposito sibi gaudio. Sustinuit crucem. Confusione contempta. Sustinuit. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

WERSSET

Oblatus est quia ipse voluit. Et peccata nostra ipse portavit³⁰.

ORACJA

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi qui hora diei tertia ad crucis tormenta pro salute humani generis ductus es te suppliciter deprecamur ut per virtutem sanctissimae passionis omnia peccata nostra deleas et ad tuae beatitudinis gloriam sempiternam misericorditer nos perducas.

Seksta

HYMN

1. Christum ducem qui per crucem
Redemit nos ab hostibus
Laudet coetus noster laetus
Exultet caelum laudibus.
2. Poena fortis tuae mortis
Et sanguinis effusio
Corda ferant ut te quaerant
Jesu nostra redemptio.
3. Per felices cicatrices
Sputa flagella verbera
Nobis grata sint collata
Aeterna Christi munera.

²⁹ 1 P 2, 21–22.

³⁰ Iz 53, 7. 4.

4. Laus honor Christo vendito
Et signo pacis prodito
Passo mortem pro populo
In aspero patibulo. Amen.

ANTYFONA

Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam Jesus Nazarenus
rex iudeorum³¹.

PSALMY

56 – Miserere mei Deus miserere mei quam in te confidet anima mea
75 – Notus in Judea Deus in Israel magnum nomen eius

ANTYFONA

Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam Jesus Nazarenus
rex iudeorum.

KAPITULUM

Tradebat autem se iudicanti iniuste qui peccata nostra ipse pertulit
in corpore suo super lignum ut peccatis mortui iustitie vivamus cuius
livore sanati sumus. Deo gratias³².

RESPONSORIUM

Oblatus est quia ipse voluit. Et peccata nostra ipse portavit. Quia.
Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Oblatus.

WERSET

Tradidit in mortem animam suam. Et inter sceleratos reputatus est³³.

ORACJA

Domine Jesu Christe qui hora diei sexta pro nobis innocens crucem
ascendisti in qua durissimis clavis affixus inter latronem pendisti et
peccatoribus in latrone spem de venia tribuisti praesta ut te crucifixum

³¹ Por. J 19, 19.

³² 1 P 2, 23b–24.

³³ Iz 53, 12.

semper in corde tenentes contra omnium peccatorum iacula virtutem tuorum vulnerum sentiamus.

Nona

HYMN

1. Crucem pro nobis subiit
Et stans in illa sitiit
Jesus sacratis manibus
Clavis fossis et pedibus.
2. Beata Christi passio
Sit mea liberatio
Ut per hanc nobis gaudia
Parata sint caelestia.
3. Gloria Christo Domino
Qui pendens in patibulo
Clamans emisit spiritum
Mundumque salvans perditum.
4. Laus honor Christo vendito
Et signo pacis prodito
Passo mortem pro populo
In aspero patibulo. Amen.

ANTYFONA

Cum accepisset Jesus acetum dixit consummatum est et inclinato capite emisit spiritum³⁴.

PSALMY

68 – Salvum me fac Deus quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam

141 – Voce mea ad Dominum clamavi voce mea ad Dominum deprecatus sum

³⁴ J 19, 30.

ANTYFONA

Cum accepisset Jesus acetum dixit consummatum est et inclinato capite emisit spiritum.

KAPITULUM

Decebat enim eum propter quem omnia et per quem omnia qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eorum per passionem consummare. Deo gratias³⁵.

RESPONSORIUM

Tradidit in mortem animam suam. Et inter sceleratos reputatus est. Animam. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

WERSSET

Disciplina pacis nostre super eum. Et livore eius sanati sumus³⁶.

ORACJA

Domine Jesu Christe qui hora diei nona expansis in cruce manibus et inclinato capite Deo Patri spiritum tradidisti et de dulcissimi lateris tui apertione pretium nostre redemptionis sanguinem tuum perfudisti da nobis indigenis famulis tuis ut in hora mortis nostrae animas nostras ad te qui vere paradus es facis misericorditer pervenire. Qui.

Nieszpory

ANTYFONA

Dignus es Domine Deus noster accipere librum et solvere signacula eius quoniam occisus es et redemisti nos Deus in sanguine tuo³⁷.

PSALMY

29 – Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me

57 – Si vere utique iustitiam loquimini recta³⁸

³⁵ Hbr 2, 10.

³⁶ Iz 53, 5.

³⁷ Ap 5, 9.

³⁸ Brak karty – zapis psalmu 57 kończy się tutaj na słowach: „absorbet eius. Letabitur iustus” (w. -10. 11-), a zapis psalmu 58 zaczyna się już tylko jego końcówką: „deus su-

58 – Eripe me de inimicis meis Deus meus

ANTYFONA

Dignus es Domine Deus noster accipere librum et solvere signacula eius quoniam occisus es et redemisti nos Deus in sanguine tuo.

KAPITULUM

Videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Deo gratias³⁹.

RESPONSORIUM

Circumdedederunt me viri mendaces sine causa flagellis ceciderunt me, sed tu Domine defensor vindica me. Quoniam tribulatio proxima est et non est qui adiuvet. Sed. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Sed. Ingressus Pilatus cum Jesum in pretorium tunc ait illi tu es rex iudeorum respondit tu dicis quia rex sum. Exivit ergo Jesus de pretorio portans coronam et vestem purpuram. Et cum inductus fuisset exclamaverunt omnes crucifigatur quia Filium Dei se fecit. Tunc ait illis Pilatus regem vestrum crucifigam responderunt pontifices regem non habemus nisi cesarem. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Et cum inductus⁴⁰.

HYMN

1. Qui pressura mortis dura
Solusti nexus criminum
Nos ad pacem duc veracem
Jesu corona virginum.
2. In flagellis potum fellis
Bibisti amarissime
Pro peccatis perpetratis
Aeterne rex altissime.
3. Omni genti recolenti
Tuae mortis supplicium

sceptor meus es deus meus misericordia mea. Gloria patri” (w. 18).

³⁹ Hbr 2, 9.

⁴⁰ Ps 21, 12; J 18, 33. 37; 19, 5. 6. 7b. 15b.

Da virtutem et salutem
Christe redemptor omnium.

4. In amara crucis ara
Fudisti rivos sanguinis
Jesu digne rex benigne
Consors paterni luminis.
5. Sanguis Christi qui fuisti
Peremptor hostis invidi
Fac secure nos venire
Ad cenam agni providi.
6. Laus honor Christo vendito
Et signo pacis prodito
Passo mortem pro populo
In aspero patibulo. Amen.

HYMN TEMPORE PASSIONIS

1. Vexilla regis prodeunt
Fulget crucis mysterium
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.
2. Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceae
Ut nos lavaret crimine
Manavit unda et sanguine.
3. Impleta sunt quae concinit
David fideli carmine
Dicendo nationibus
Regnavit a ligno Deus.
4. Arbor decora et fulgida
Ornata regis purpura
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

5. Beata cuius brachiis
Secli pependit pretium
Statera facta corporis
Praedamque tulit tathari.
6. Crux ave spes unica
Hoc passionis tempore
Adauge piis iustitiam
Reisque dona veniam.
7. Te summa Deus Trinitas
Collaudat omnis spiritus
Quos per crucis misterium
Salvas rege per saecula. Amen.

HYMN TEMPORE RESURRECTIONIS AD SABBATUM POST PENTECOSTES

1. Jesu nostra redemptio
Amor et desiderium
Deus creator omnium
Homo in fine temporum.
2. Quae te vicit clementia
Ut ferret nostra crimina
Crudelem mortem patiens
Ut nos ab hoste tollerens.
3. Inferni claustra penetrans
Tuos captivos redimens
Victor triumpho nobili
Ad dextram Patris residens.
4. Ipsa te cogat pietas
Ut mala nostra superes
Parcendo et voti compotes
Nos tuo vultu sacies.
5. Laus honor Christo vendito
Et signo pacis prodito

Passo mortem pro populo
In aspero patibulo. Amen.

WERSET

Disciplina pacis nostrae super eum. Et livore eius sanati sumus.

ANTYFONA

Recessit pastor noster fons aquae vivae qui animam suam posuit pro ovibus suis et pro suo grege mori dignatus est⁴¹.

MAGNIFICAT.

ORACJA

Domine Jesu Christe aeternae beatitudinis condimentum qui hora vespertina de cruce depositus conditus es aromatibus concede propicius ut depositis peccatorum nostrorum sarcinis ante conspectum divinae maiestatis tuae praesentati inter sanctos et electos tuos tecum aeternaliter gaudeamus. Qui vivis.

Kompleta

ANTYFONA

Plangent eum quasi unigenitum quia innocens Dominus occisus est⁴².

PSALMY

87 – Domine Deus salutis mea in die clamavi

139 – Eripe me Domine ab homine malo a viro iniquo

ANTYFONA

Plangent eum quasi unigenitum quia innocens Dominus occisus est.

KAPITULUM

Christo igitur in carne passo vos eadem cogitatione armamini. Deo gratias⁴³.

⁴¹ Por J 10, 11.

⁴² Por Za 12, 10.

⁴³ 1 P 4, 1.

WERSET

In pace factus est locus eius. Et habitatio eius in Sion⁴⁴.

HYMN

1. Qui iacuisti mortuus
In petra rex innocuus
Fac nos in te quiescere
Et te redemptor quaerere.
2. Succurre nobis Domine
Quos redemisti sanguine
Et duc nos ad caelestia
Aeternae pacis gaudia.
3. Laus honor Christo vendito
Et signo pacis prodito
Passo mortem pro populo
In aspero patibulo. Amen.

ANTYFONA

Salvator mundi salva nos per crucem et sanguinem tuum redemisti nos Deus auxiliare nobis te deprecamur Deus noster.

NUNC DIMITTIS.

KAPITULUM

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison Pater noster. Et ne nos. Adoramus te Christe et benedicimus tibi. Quia. Credo in Deum. Carnis resurrectionem. Adiuvamur Deus salutaris noster. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos. Domine exaudi orationem. Dominus vobiscum.

ORACJA

Domine Jesu Christe qui hora completorii sepultus es et a mulieribus planctus et lamentatus fac nos quaesumus gementes et lamentantes tuam devotissime deplangere passionem cuius nos memoriam recolentes

⁴⁴ Ps 75, 3.

de exilio ad patriam de labore ad requiem de moerore ad beatissimae visionis tuae consolationem pervenire concedas. Qui vivis.

Kraków

KS. SZYMON FEDOROWICZ

Słowa kluczowe

Liturgia godzin, oficjum o świętym krzyżu, rękopisy liturgiczne, katedra wawelska

Summary

The office of the college's priests

King Kazimierz Jagiellończyk and his wife Elizabeth founded a priest college in 1473. Its task was to spread the cult of Lord's Passion. The college was attached to the Świętokrzyska Chapel at the Wawel Cathedral and his members were obliged to sing daily office of the Holy Cross, and to say a votive mass of the Holy Cross as well. The Chapter Archive of the Cathedral possesses the XVth century manuscript containing the Divine office prayer of the Holy Cross alone which then belonged to the college. In the text we quote the content of the office which was especially drew up for the college's needs.

Keywords

Liturgy of the hours, office of the Holy Cross, liturgical manuscripts, the Wawel Cathedral